est mediata et copulativa associatio duorum vel plurium constructibilium diuersorum casuum ad diuersa pertinentium respectu verbi formatum se cum casu recipiente et non recepto: vt tu mecum gaudeo. ¶ **Arguitur.** In conceptione casuum debet esse casus concipiens et casus receptus sed in ista oratione Tu mecum gaudeo non est casus conceptus: quia mecum est aduerbium quod non est aliquid casus. Sed quia verbum est quod capit dictionalem habet hic capit orationalem quia valet tamen cum me. Item vitium in conceptione casuum est quod verbum disconuenit cum casu recepto in rectitudine casuali. Sed ratio que potest fieri est dignitas casus concipiens supra casus receptum: quia rectus dignior est obliquus sicut habitus dignior est priuatione. Sed ratio oportet fieri est expressio sine sub breuiloquio. Et sic patet quod receptio casuum est si gura constructionis in quod consentit Catholicon. ¶ **Queritur.** vitium conceptio numerorum sit ponenda. Respondetur quod sic quia sicut propter disconuenientiam habet in persona cum supposito conceptio ponit conceptio personarum sic etiam propter disconuenientiam habet in numero cum supposito conceptio ponit conceptio numerorum. ¶ **Ar.** Ista oratio scholares et presbyter canunt est simpliciter congrua et est. Anus probat quod duo singularia copulata per constructionem copulatiuam equalentur vni pluri: quia maiori vnum singulari et vni parte equallet vni pluri. Tamen est partialis disconuenientia vniuersaliumque per se cum numero pluri non est in conceptione numerorum in numero concipiente cum habet vel adiectiuo: quia est pluri numerus. Sed solum cum numero recepto: quia est singularis numerus ratione cuius patet vnum esse respectu vni singulari ad alterum pluri. Respondetur quod qua potest fieri est dignitas numeri concipiens supra numerum conceptum ratione cuius dignitas numerus concipiens trahit numerum conceptum ab officio proprio ad officium alienum. Respondetur quare oportet fieri est expressio sententie sub breuiloquio. ¶ **Arguitur.** autem: quod diminutus: quia non ponit quod est conceptio numerorum. Dicendum quod autor id non ponit quod sit quia non fuit illius mentis quod esset figura et tamen ponit eam non entitatem. Quia. ij. Topicorum dicit quod loquendum est vt plures: sapiendum vero vt pauci. Et ideo alexander in diuidendo locutus est sine opinione aliorum. Sed melius dicitur quod eius cognitio facilliter ex dictis alexandri in alijs figuris elici potest: ergo non diffinit hanc conceptionem numerorum. Consequenter patet quia patet: quia ars est circa difficulta. Quod ergo non est difficile: non est necessarium poni in arte. ¶ **Ar.** Quid est receptio numerorum. Solutio est mediata et copulativa associatio duorum vel plurium suppositorum diuersorum numerorum ad diuersa pertinentium respectu verbi vel nominis adiectiui constructum se cum numero concipiente et non cum concepto: vt scholares et sacerdotes cantant missam.

**Queritur**

**Arguitur**

**Arguitur**

**Queritur**

**Nota.**

¶ **Notandum** quod quidam volunt dicere conceptionem casuum et numerorum non esse orationes vitiosas: quia conceptio casuum facta est ad hanc regulam. Duo supposita quorum vnum est nominis casus et alterum ablati casus coniuncta cum habet positionem cum prout supponit habet personali finiti modum per se cum paulo legitur. Sed hoc non est verum in quantum tamen ille ablati potest resolui in nomen et positio in coniunctionem et que tunc copulata illos nominis: qui si fuerint diuersorum numerorum vitium causant et conceptionem numerorum. Vel dicunt ad istam regulam. Duo supposita quorum alterum est acti casus alterum ablati coniuncta cum habet positionem cum prout supponit verbo infinitiui modi: vt credo petrum cum paulo studere. hoc iterum non est verum nisi ablatiuus resoluator in actum et prepositio cum in coniunctionem et: vt dicendo: credo petrum et paulum studere. ¶ **Et** addunt etiam conceptionem numerorum non esse orationem vitiosam quia facta est ad hanc regulam. Duo supposita vel substantiuus diuersorum numerorum coniuncta cum coniunctione copulativa et: aut cum positione cum volunt constructi cum adiectiui seu habet pluralis numerus: vt magister et discipuli sunt presbiteri. Et quia iste orationes non

## De regimine Nominatiui.

sunt vitiose: qz nō indiget aliq̄ excusatiōe q̄ opinio fundat in ista regula  
Duo supposita singularia copulata p̄ cōiunctionez copulatiuā eq̄pollent  
vni plurali. **¶** Et q̄ p̄mo dōm̄ ē ad cōceptionē nūerōz sunt duo supposita  
quorū vnū ē singularis numeri et alterū pluralis. Sz ista regula tangit  
duo singularia trī: q̄ nō p̄t tollere cōceptionē nūerōz et sic opinio il-  
lorū (sp̄m̄ ad hoc) ē simpliciter falsa: qz ex falso fundamēto p̄cedit. Et po-  
sito q̄ ita esset adhuc nō p̄nt pbare intentū: qz lz duo singularia eq̄pollēt  
vni plurali: tñ manet adhuc talis dīstītia: qz eq̄pollentibz manet partialis  
dīscōnēntia in aliq̄ accidēte respectu vbi adiectiui: q̄ in illo argumēto  
sunt decepti penes fallaciā accidētis. Vnū simile habet p̄mo posteriorū  
lz oīa inferiora simul sup̄ta eq̄pollēt suo superiorū si tñ passio superiorū illis  
inferiorū simul sumptz illis assignat inesse: ē error in assignatiōe vniuersa-  
lis. Et ex simili fundamento p̄cedit contra eos de conceptione casuum  
.i. supposita diuersarū p̄sonarū .i. p̄sonarū

**Personas sibi dissimiles conceptio iungit,**

.i. p̄ illā iunctionem copulatiuā sup. personarū

**Cōceptio**  
p̄sonarū

**Ne per et in medio positam conceptio fiet**

anteponatur .i. personarū .i. fieri potest

**Si preponatur conceptio nulla paratur**

sup. persona sup. in persona appositum

**Concipiens simile sibi vult herbam retinere**

**¶** Dicit q̄ cōceptio p̄sonarū hz fieri inter dissimiles p̄sonas. i. inter dictio-  
nes dissimilū p̄sonarū p̄ cōiunctionē copulatiuā in medio positam nō aut̄  
in p̄ncipio eo q̄ tūc nō haberet fieri cōceptio p̄sonarū q̄ verbū dz cōuenire  
cū p̄sona cōcipiente in p̄sona. vñ **¶** Ar. Gregiā vero laudē r̄ spolia ampla  
refert: etiā p̄t fieri pl̄z qz repetitū vt tu puerg tu<sup>9</sup> ludit. Similit̄ fit per  
r̄ repetitū: vt tu et puer dat. **¶** Q̄f. Quid est cōceptio p̄sonarū. Solutio  
Est mediata vel copulatiua assortiatio duorū suppositōrū diuersarū p̄so-  
narū respectu vbi pluralis nūeri: qz p̄format se cū supposito cōcipiente in  
p̄sona r̄ nō cū supposito cōcepto. Dicit notant̄ (duorū suppositōrū ad de-  
signandū q̄ cōceptio ista solū hz fieri a p̄teante: qz suppositum a p̄teante  
construitur semper ex sui ratione. vñ<sup>9</sup>. **¶** Mor̄ rectum ponis: hinc p̄sona-  
le locabis. Et dz (mediata) .i. mediante cōiunctiōe copulatiua: qz illius  
est cōiungere diuersa. Et dz copulatiua assortiatio: qz ista duo supposita  
debent ordinari ad vnū tertiuū p̄pter cōiunctionē dīstīctiua q̄ dīstīngit  
Et dz poni i medio qz hz p̄iūgē qd̄ p̄tinet ad rationē mediū extrema ad in-  
uicē vniū: nisi fuerit iunctio enclitica: q̄ licet ex sua natura p̄ p̄sonā tñ  
fm̄ virtutē cōiungendi est in medio. Et dicit̄ (respectu vbi pluralis nūme-  
ri) qz si esset singularis numeri oratio non esset conceptōia: vt ego et tu  
scribo. Et hoc ideo dico: qz duo singularia copulata requirunt vnū plu-  
rale. Et dz (conformantis se cū supposito concipiente et nō cōcepto) ad  
de notandū vitū in conceptione p̄sonarū. **¶** Arguitur. hic est conceptio  
p̄sonarū ego tuqz damus r̄ tñ cōiunctio nō ponit̄ i medio q̄ male dz: (medi-  
ata et copulatiua assortiatio) Solutio: Verū est fm̄ rem et vim copulandi  
ponitur in medio. **¶** Contra. Nihil agit ante se. Sed illa cōiunctio qz po-  
nitur post illa supposita: ergo illa nō iungit. Solutio fm̄ oratū postpo-  
nitur: nō fm̄ cōstructionē et virtutem cōiungēdi ponit̄ i medio. **¶** Arguit̄  
In cōceptiōe p̄sonarū nō sūt duo supposita: q̄ male dz: duorū suppositōrū  
p̄z in hoc exēplo Tu mecum debemus iura tenere ibi mecum est abt̄i casus: q̄

**Queritur**

**Arguitur.**

**Replica.**

# Glosa notabilis

**Arguit** nō pōt esse suppositū. Dōm q̄ diffinitio loquit̄ d̄ cōceptiōe psonarū directa quis  
 lis nō ē h̄. ¶ **Arguit** Male d̄: (diuersarū psonarū) q̄ h̄ ē cōceptio psonarū: dñs ser  
 uulq̄ p̄cant̄: tñ ambo supposita sunt tertie p̄sone. Solo. Diffinitio intelli  
 git̄ d̄ cōceptiōe psonarū p̄pe dicta. s̄z ibi est cōceptio psonarū cōmunit̄ dicta.  
 ¶ **Arguit** Male d̄: (respectu h̄bi p̄tis nūeri) q̄ etiā pōt fieri respectu h̄bi fr̄is  
 nūeri: vt p̄z i hoc exēplo. Sotr̄ me⁹ ⁊ ego disputo. Solutio ibi est zeugma.  
 ¶ **Queritur** q̄d sit vitiiū in cōceptiōe psonarū. Solo est qd̄ suppositū cōceptū discū  
 uenit cū h̄bo in p̄sone. Rō qua pōt fieri ē dignitas p̄sone cōcipiētis supra p̄  
 sonā cōceptū: q̄ dignitas postea declarabit̄ ibi. Inter p̄sonas r̄c. Rōne cur  
 ius trahit̄ p̄sonā cōceptā a suo officio p̄p̄uo ad offiū alienū. S̄z rō q̄re op̄  
 tet fieri ē exp̄ssio s̄nie sub breuiloq̄o. ¶ **Nota** notādū q̄ qdā dicūt cōceptiōne  
 p̄sonarū nō eē orōne vitiosā: q̄ nō vitiiū q̄ ē illud suppositū h̄bo sit dissimile  
 qd̄ nō debet eē s̄ite Sicut nō est vitiiū in h̄uana forma pedē eē dissimile ma  
 nibus. q̄ alias h̄uaniū corp⁹ eēt vitiatū: ⁊ nō posset exercē diuersas op̄atō  
 nes ad q̄s organa sunt ordinata. ⁊ dicūt illā figurā esse factā ad intēdēz  
 illi⁹ regule. Si duob⁹ suppositis diuersarū p̄sonarū q̄rū alterū ē p̄me p̄so  
 ne apponat̄ h̄bū p̄tis nūeri illud erit p̄me p̄sone. Solo istius regule ē q̄ in  
 hoc p̄posito vey ē. vñ d̄t alexā. Cōcipiēs s̄ite sibi vult h̄bum retinē. Et s̄ p̄  
 istā regulā nō r̄ndet̄ cōceptiōne p̄sonarū carere vitio: q̄ p̄ter illā quē  
 entia ē adhuc discōueniētia suppositi cōcepti cū h̄bo in q̄ notat̄ vitiiū. Aut  
 ad istā regulā. Si duob⁹ suppositis diuersarū p̄sonarū q̄ alterū est sc̄de p̄  
 sone ⁊ reliquū tertie appōit̄ h̄bū p̄tis nūeri illud erit sc̄de p̄sone. Et s̄ p̄  
 dōm ē vt p̄u⁹: q̄ nō pl⁹ h̄r ex istis r̄tis q̄ h̄bū d̄z eē s̄ite i p̄sone cū d̄cōne  
 concipiet ⁊ nō cū d̄cōne concepta: ⁊ sic manet vitiiū. Et q̄n̄ d̄: q̄ cū illo h̄bo  
 non d̄z conuenire: vt̄z i exēplo p̄allegato d̄ forma humana. Dōm q̄ d̄z esse  
 s̄ite in p̄sone s̄m essentiā: s̄z s̄m offitiū iā illud est vitiiū eē tertie p̄sone et  
 reddere suppositū p̄ime p̄sone: q̄ hoc est extra p̄tātē ⁊ naturā eius: et sic fit  
 hoc in v̄tute p̄ime p̄sone ad cuius offiū trahit̄. Nec s̄ite est illud exē  
 m: q̄ dissimilia organa sunt data corpori humano ad exercēdū diuersas ope  
 rationes: q̄ natura humana est multipliciter ancilla: vt d̄ p̄mo metaph̄.  
 Sed in istis orōnibus ordinant̄ duo supposita diuersarū p̄sonarū ad p̄n  
 cipiandum actū principaliter sc̄atū. Ergo dictū exemplum p̄posito n̄ro ē  
 inconueniens per consequēs cōceptio p̄sonarū relinquit̄ esse orō vitio  
 sa. ¶ **Querit̄** quare autor non facit aliquā cōceptiōne penes cōparatō  
 nem et qualitatem sicut penes personam genus et numerum. Dicendū q̄  
 illa sunt accidentia partimorationis absoluta: ista autem sunt acciden  
 tia respectiua: et penes hęc variatur congruitas.

.i. sc̄dam  
 et tertiā .i. concipit .i. sc̄da ⁊ tertia persona.  
 nō concipiunt primam.

**Prima duas alias recipit. sed non viceversa**

sup. dictio .i. sc̄de p̄sone recipit tertiā .i. tertia persona  
 personam nō pōt capere sc̄dam

**Concipiens medie dat ternam nec retrouerte**

sup. illa persona personis sup. tertijs p̄sonis

**Concipit in ternis que primo locatur in illis**

Exēplū in q̄ prima persona. s. ego Exēplū i quo prima persona. s. ego tō  
 concipit sc̄dam personā sc̄z tu cipit tertiā personam. s. frater.

**Sic ego tuq̄z damus: ego te fraterq̄z rogamus**

## De regimine Nominatiui.

Exerñ in q̄ sc̄ba p̄sona. s. tu cō  
cipit tertiā p̄sonā. s. frater

Exerñ in q̄ tertia p̄sona. s. dñs: q̄ primo lo  
co p̄cipit aliā q̄ sc̄bo loco p̄cipit. s. huius

**Tu fraterq; datus, dominus seruusq; precantur**

Dicit q̄ p̄ma p̄sona cōcipit sc̄bam et tertiā: vt ego et tu currimus: ego ⁊  
petrus legimus: sed nō viceuerſa. i. sc̄ba et tertia p̄sona nō cōcipiūt p̄mam  
Et sc̄ba p̄sona cōcipit tertiā: vt tu ⁊ petrus dat; sed nō ec̄oerſo. Deinde  
dicit: q̄ inter tertiās p̄sonas q̄ p̄mo loco ponitur cōcipit aliā vt dñs ⁊ huius  
p̄cantur. **Q̄r.** quare p̄ma p̄sona p̄t cōcipere sc̄bam ⁊ tertiā et nō ec̄oerſo.

**Q̄r.** quare p̄ma p̄sona p̄t cōcipere sc̄bam ⁊ tertiā et nō ec̄oerſo.  
Solo. q̄ magis dignū cōcipit minus dignū: sed p̄ma p̄sona ē alijs p̄so-  
nis dignior: ergo alias cōcipit: quia demonstratio facta p̄ p̄mā p̄sonā cer-  
tior est demonstratione facta per alias personas: q̄ significat rem p̄sentē  
vel etiam de se loquentem: sed illud quod de se loquitur est p̄sens sibi ipſi:  
sed secunda persona significat magis confuse: q̄ significat rem p̄sentem vt  
absentē tanq̄ p̄sentē. Sed prima p̄sona beat rē p̄sentē tñ: s; tertia p̄sona  
significat rem p̄sentem vel absentem indifferenter: sed secūda p̄sona licet  
quāq; significat rem absentem: tñ significat illā per modū p̄sentis: q̄d non  
cōuenit tertię persone: ergo secūda persona dicit certior tertia. Et q̄ p̄t  
q̄ illi tres p̄sone differunt in gradu certitudinis: q̄ p̄ma ē certissima: secū-  
da certa. tertia cōfusa. Q̄d patet. q̄ p̄ma p̄sona sola vocis expressione cer-  
tum demonstrat: vt dicendo ego: ibi ly ego demonstrat me. Sed secūda

persona per vocis expressionē requirit corporalem indicationē oculorum  
ad rem demonstratā. Tertio vero persona vltra hoc requirit signū plus  
corpale. s. p̄ caput: p̄ manus: vel per aliud membrū. **Arguitur.** Tertia p̄-  
sona p̄t cōcipere p̄mā: quia dicit Virgilius Iphicus et pelias mecum di-  
uellimur ambo. ibi iphicus et pelias que sunt tertię p̄sone concipiunt me p̄  
me persone. Solutio. Quis in illo exemplo tertia p̄sona precedit p̄mā. s.  
me p̄m locutionē: sequit tñ p̄m ordinē constructionis. **Nota** q̄ duabus de  
causis persona concepta p̄ponitur p̄sone cōcipienti. Primo causa honoris  
vt pater tuus et ego dolentes querebamus te. Ibi causa honoris vt hūmi-  
litatis p̄ponitur tertia persona. s. pater. Secūdo causa dignitatis: vt mſr ⁊  
ego disputamus. **Queritur** quottuplex est dignitas Dicendū q̄ duplex

Una est dignitas iurisdictionis sine potestatis: sicut papa alijs hoibus dig-  
nior est et de illa nō est ad p̄positum. Alia est dignitas grāmaticalis que  
attenditur ex certitudine modorū significandi vnus dictionis sup̄ aliā  
sic capitur in p̄posito q̄ dicitur q̄ p̄ma ⁊ sc̄ba p̄sona ē dignior tertia.  
p̄ illā p̄pōnē p̄ illā iurisdictionē. s. p̄sonarū

**Per cum sed nunq̄ per vel conceptio fiet**

Exerñ in quo illa prima p̄sona. s. me p̄cipit sc̄bam p̄sonā. s. tu mediā te p̄  
positione cū respectu verbi pluralis numeri. s. debemus: conformantur se  
cum persona concipiente ⁊ non concepta.

**Tu mecum iuste debemus iura tenere**

Exerñ in quo prima persona. s. ego concipit tertiā p̄sonā. s. petro medi-  
ante p̄positione cū respectu verbi pluralis numeri. s. gaudemus: cōforman-  
tis se cum persona concipiente in persona

**Sic ego cum petro gaudemus iura tenendo**

Dicit q̄ p̄ceptō p̄sonarū p̄t fieri p̄ illā p̄pōnē cū: vt; i exemplo text⁹: s; nū-  
q̄ p̄ illā iurisdictionē vt. Cū hō nō est p̄ceptio p̄sonarū. ego vel tu lego. **Querit**  
nū: quare p̄ceptio p̄sonarū p̄t fieri p̄ cū: s; nō p̄ vel. Solo. Rō p̄mi ē: q̄

Querit

Arguit

Querit

Querit

L

## Glosa notabilis.

Illa ppositio cū equalet cōiunctioni copulatiue p quā potest fieri conceptio psonarū vt Ego ⁊ petrus gaudemus exponit sic. s. ego ⁊ petrus gaudeamus ⁊ illa ppositio cū nō debet accipi associatiue: vt cū petro carro: qz sic potest cōstrui cū verbo singulari nūeri tñ: sed dz capi copulatiue. s. vt de notet aliqua lē actū attribū duob⁹ suppositi eūliter: ⁊ tūc causat inf duo supposita equipollentiā plis numeri vt patent in pposito. Sz ratio scōi ē .s. q nō pōt fieri p vel: qz in cōceptiōe psonarū debet poni verbū plis nūeri cuius actus debet attribū duob⁹ cōiunctim ⁊ eque pmo: s3 vel disiungit ⁊ notat actū verbi cōuenire vni supposito. Si aut hoc fieret in cōceptiōe psonarū: tūc vix differret a zengmate in q actus sōi attribuit tā vni q̄ alteri: vt fortis currit et ego. ¶ Arguit. Maior est cōuenientia inter ⁊ et vel: q̄ inter et ⁊ cum: q̄ si per cum pōt fieri cōceptio psonarū etiā p vel pōt fieri qz et vel ambe sunt cōiunctiōes: sed cū ē ppositio. Solutio licet magis conueniant quo ad modū scandi generalē essentialē: qz ambe sunt cōiunctiōes tñ et ⁊ cū magis cōueniunt accidentaliter. s. quo ad copulationē: qz illa ppositio cum copulat sicut illa cōiunctio et. Sed vel fm modū scandi specificū disiungit. ¶ Contra. Illa ppositio cū nō pōt copulare: qz c. Hic p̄ batur qz qd cōuenit alicui essentialiter nō pōt alteri cōuenire sed copulare essentialiter conuenit cōiunctiōi: ergo nulla ppositio copulat. Minor p̄z ex diffinitione cōiunctiōis q̄ est: qz cōiungit ⁊ ordinar ceteras p̄es in oratione. Vbi q nō conuenit sibi copulare in q̄tū ē ppositio. Sz in q̄tū in cluē dē cōiunctiōē et. ¶ Contra. Una species nō includitur in alia: sed ista cōiunctio et: et ista ppositio cuius sunt distincte specificē et genericē ⁊c. Solo. Maior ē vera format: nō tñ virtuali seu equaliter. ¶ Querit q̄mplex ē cōceptio psonarū. Solo. Duplex. s. explicita et implicita. Implicita est qd cōcipiens subintelligitur. Explicita ē qd suppositū p̄cipiēs exprimitur et nō subintelligitur. Itē fm aliā diuisionē duplex ē cōceptio psonarū. s. directa et indirecta. Directa ē qd amb o supposita sunt nri casus: vt ego et tu dāmus. Indirecta ē qd p̄sona p̄cipiēs ⁊ p̄sona p̄cepta sunt diuersorū casuū vt ego cū petro legimus. ¶ Querit quot figure tanguntur in hoc exēplo: tu mecum debem⁹ ⁊c. Solutio. q̄tuor. p̄mo cōceptio psonarū vt patet in ter. Secdo cōceptio casuū qz nri cōcipit ablatiua. Tertio anastrophe qz p̄positio ponit post suū casuale. Quarto anaphorā qz ablatū ponitur p̄ntō ¶ Querit. quot modis capitur vel. Dicendū q̄ multi modis: qz q̄is valet tantū sicut etiā: vt comes vel rex. l. etiā rex: maximas mihi grates agebat. Q̄is ē idē qd saltē: vt in sequentia canitur. Si nō suis vatribus credat vel gētilibus. Q̄is capis distinctiue et cōiungit dictiōes: vt omne animal est rationale vel irrationale. Vel cōiungit orationes: vt hō ē alius vel deus est. Quādoqz capitur cōiunctiue: vt pater vel mater inquit.

**Arguit**

**Replica**

**Replica**

**Querit**

**Querit**

**Querit**

### Sed non per quintum fiet conceptio casum

.i. si vtrū nō pōt redde Exēti vbi scda p̄sona. s. tu p̄cipit etiā. s. tui re  
 re suppositū verbo specū sibi rogare p̄format: se cū tu in p̄sona.

### Si quantus desit, tu petre tuiqz rogare

¶ Exēti in quo scda p̄sona subintellecta. s. tu p̄cipit tertiā p̄sonā. s. tuis scōi cū mediane p̄pone cū respectu illius verbi pluralis numeri. s. orate qd ē eiusdem p̄sone cum supposito concipiente scz tu.

### Lunqz tuis lotis orate facer dionysi

¶ Dicit q̄ conceptio personarum non habet fieri per vocatiuum casum:

## De regimine Nominatiui.

si uocatus deest id est si uocatus non potest reddere suppositum uerbo personali. Ratio huius est quia conceptio fit tñ ex casibus qui possunt reddere suppositum uerbo personali quales: sunt nñs, accusatus & abtñs in nñs rñdñbiles: vt ego & tu legim⁹: ego tecū legim⁹: me & te legere ē bonū: me tecū legere ē bonū: in qbus oratiōib⁹ ē cōceptio implicita qz suppositū cōcipiēs subintelligit. Et etiā indirecta qz dictio cōcipiēs et cōcepta sunt dissimilī casū. Et licet in hō plis nūeri simpliciter sumpto nō possit intelligi suppositū singularis nūeri: tñ bene pōt hoc fieri qñ uerbi cū vno supposito directe uel indirecte exprimitur vt in oratiōibus text⁹ in qbus in cludū suppositū: scz tu cū vtñs nō reddat suppositū: quia omne qd reddit suppositum uerbo personali potest apponi uerbo substantiuo: sed vtñs non pōt poni pōt uerbum substantiuū vt patet ex dictis: ergo ē. Nota ndū qz autor loquitur conditionaliter: vt si vtñs nō potest reddere suppositū qz uerbo personali nō potest fieri conceptio personarū. Et quia tempore Alexandri de illo fuerunt due opiniones ideo suspensiuam ponit sententiam. S3 vera est illa opinio que dicit qz vtñs non potest reddere suppositum uerbo personali: quia sibi deest ratio principij. Unde Floresta. Excipias quintū tu quemlibet esse solum. Et non dicatur qz ab uila parte regatur: ergo non est suppositum. ¶ Arguitur Uocatus regitur ab aduerbio uocandi o: ergo male dicit Floresta. Excipias quintum & c. Dicendum qz regitur ab aduerbio uocandi o: nec a secunda persona uerbi: sed bene cum illo constructur sicut adiectiuum cum substantiuo: non tamen ab illo regitur. ¶ Cōtra Uocatus regitur a uerbo secunde persone: quia illa dictio regitur ab alia per quam cogitur stare in tali casu ita qz non possit stare in alio sed sic est de uocatio respectu uerbi secunde persone: ergo & c. Maior patet ex diffinitione ipsius regere. Minor patet in hoc exemplo Petre fac ignem. Solutio. Licet uocatus constructus cum uerbo imperatiui modi coartat stare in tali casu hoc tamen non est a uerbo imperatiui modi sed ab aduerbio uocandi o: vt patet in Virgilio. O melebee deus nobis hec oia fecit. In q nō ponitur imperatiuus: et tamen ibi ponitur melebee in uocatio.

Nota.

Agruif

Replia

.i. nō h3 fieri sup. psonarū. i. tertias

**Inter personas non fit conceptio ternas**

.i. p illā pñctionē p illā spōnem. i. cōstructio sup. tertiarū psonarū

**Sed per et aut per cum coniunctio fiet earum**

scz tertiarū psonarū

Exemplū in quo due tertie psonae. s. dñs & sūoco pulant p cōiunctiōē qz in ordine ad illud uerbum pluralis nñeri precantur

**Neutraqz concipitur dñs seruus precantur**

Exemplū in quo tertia psona petrus. cū tertia persona paulo mediātē spōne cū. copulat in ordine ad illud hō pluralis numeri regnant

**Petrus cum paulo regnant cum rege superno**

sup. grāmatico

diffinitio firma

**Pluribus est tanq̄ sententia certa: qz inter**

sup. personarū tertias

**Personas possit fieri conceptio ternas**

Dicit qz cōceptio psonarū nō fit int̄ tertias psonas. qz vna nō ē dignior alia

¶ ij

## Glosa notabilis

ideo dicitur. Neutraq; cōcipit. p̄t tñ bñ cōiungi p̄t sēi p̄ cū in ordine ad  
verbū pluralis n̄seri: vt patet in textu. Tūc ubi. Plurib; est tanq; dicit q̄  
multi grāmatici dēnt cōceptionē p̄sonar; posse fieri int̄ et tertias p̄sonas  
nō tñ oē. Et illoz; sn̄ia ē vera si cōceptio p̄sonar; capiat p̄ cōiunctiōē cos-  
pulatua duoz; suppositoz; respectu sibi plis n̄seri: vt p̄ p̄positionē cū Sz  
si capiat p̄ copulatia afforatiōē duoz; suppositoz; diuersaz; p̄sonar; tūc  
nullo mō in tertijs p̄sonis fit cōceptio p̄sonar;: vt ptz; ex supra dict; Sz pa-  
rū refert hoc scire: qz; sp̄ valz; oīō penes hāc regulā Duo singularia copula-  
ta p̄ p̄sitionē capulatiua ē: seu sibi equalentē eq̄pollēt vni plurali. In q̄  
multe alie regule intelligūtur. Prima ē. Duo singularia supposita ad di-  
uersa p̄tinentia copulata iunctiōē copulatiua iungente dictiones hoc ē  
copulatiue accepta exigunt sibi apponi sibi plurale: vt sortes et plato dis-  
putant. Dicitur notant ad diuersa p̄tinentia p̄pter istas. Anima rōnalis  
et caro vnus ē hō factū ē vespe et mane dies vnus caro et sanguis nō reues-  
lanit tibi. In q̄bus orationib; nō p̄tinet ad diuersa qz; sensus p̄me oīōis est  
Ens q̄b; est aia rōnal; et caro vnus ē homo. Ens q̄b; ē caro et sanguis. i. hō nō  
reuelauit tibi Et ubi copulata p̄sitionē copulatiua p̄pter singularia copula-  
ta p̄sitionē disunctiua vt si oculus tuus aut pes scādalizat te et. Et ubi  
notāter iungente dictiones qz; si cōiungit oratiōes facit zeugma vt sortes  
legit et ego Sc̄da regula ē duo s̄stātīua ad diuersa p̄tinentia et. exigit p̄e  
adiectiuū vt miseror; fort; et platonis medicatū. Tertia regula ē duo sin-  
gularia subiecta ad diuersa p̄tinentia et. exigit p̄e p̄dicatū vt sortes et pla-  
to sunt hōies p̄t tñ singularia subiecta h̄re singulare p̄dicatū cū singula-  
ria subiecta sc̄at p̄t et p̄dicatū totū vt iohānes et nicola; sūt par hominū  
Quarta regula ē Duo singularia antecedētia ad diuersa p̄tinentia et. et  
exigit p̄e relatiuū: vt Nolite fieri sicut equus et mul; q̄b; nō ē intellectus  
Quinta regula ē Duo singularia adiectiua ad diuersa p̄tinentia et. exigit  
plurale s̄stātīuū vt ptz; in Ouidio. Magna miroz; fore. Ibi alloquū vī-  
sas celestes. Mens et iohānes patres vicini erant.

sup. conceptio.

**De personarum generum conceptio fiet.**

Dicit q; sicut fit cōceptio p̄sonar; ita fit cōceptio generū. q. di. sicut p̄o  
ne cōcipit se altera alterā: ita etiā ḡna cōcipiūt se alterum alterum. Ut  
Bunellus et bunella sunt affini sortes.

sup. plis n̄seri                      l. cōceptio generū                      mas. ge

**Adiectiua tenet generis conceptio masculq;.**

sup. genus                      cōcipit                      sup. genus                      non e conuerso

**Femineum recipit et neutrum: nec retroverte**

Exem in q; mas. ge. h; cōcipit hoc femineū gen; vroz; respectu illi; adiecti  
iuncti plis n̄seri mas. ge. p̄formantis se cū ḡne concipiente in genere

**Hic vroz; toro sunt iuncti mente remoti**

Exem in q; illud mas. gen; h;bo cōcipit illud femineū gen; h;gine mediāte  
p̄pōne cū respectu illi; adiectiui iuncti q̄b; p̄format se cū genere recipiente

**Sunt domino grati: virgo cum virgine iuncti.**

Exem in q; illud mas. gen; bos; cōcipit illud neutri; gen; iuncti; respectu il-  
lius adiecti plis n̄seri ligati q̄b; cōformat se cū dōne cōcipiente in genere.

**Bos et iumentum sunt ad presepe ligati**

# De regimine Nominatiui.

noia neutri g<sup>o</sup> .i. a noib<sup>9</sup> fe. ge.

cōsiderabis

**Neutraqz femineis tanq̄ concepta videbis**

Exēplū in quo illud femininū gen<sup>9</sup> le. ges. ꝑcipit illud neutrū gen<sup>9</sup> plebiscita respectu illi<sup>9</sup> adiectiui plis nūeri coacte qđ ꝑfo. mat. fe. cū gñe ꝑcipite.

**Per vim sunt leges et plebiscita coacte.**

Adiectiua te. Dicit qđ cōceptio generū hz fieri p noia adiectiua in qbus mal. genus ꝑcipit femininū et neutrū z nō ecōuerso vt iupiter z iuno crede bantur esse dū iuperbi. Pluto z pserpina credebant esse dū inferi. ¶ Tunc ibi (Neutraqz femineis) Dicit qđ femineū gen<sup>9</sup> cōcipit neutrū: s; nō ecōuer so ita qđ neutrū genus possit cōcipere masculinū et femininū. ¶ Cf. Quid

Querit

vocat hic adiectiui. Dōm qđ omne illud qđ significat adiectiue: qñqz etiā p adiectiui voce tm: vt iohānes z barbara sūt h; qđ legūt. ¶ Arguit: Cōceptio generū nō habet fieri vt cōceptio ꝑsonarū ergo text<sup>9</sup> male dicit: (Ut ꝑsonarū) qđ sicutudo ē fm idēpitatē specificā: s; cōceptio ꝑsonarū et generū sūt distincte specificē: s; zc. Solo. licet sint essentialitē distincte p modū specifi cum conueniunt tamen in specie fm quā attenditur eoz similitudo z hoc

Arguit

notatur p illā dictionē vt in tex. posita. ¶ Querit. Quale similitudinē di cit: vt in textu. Solo. Nō dicit oimodā similitudinē inter cōceptionē ꝑsonaz et generū: qđ sunt specificē distincte s; dicit aliquale similitudinē qđ sicut con ceptio ꝑsonaz fit inter duo supposita respectu verbi plis nūeri ita cōceptio

Querit

generū fit int̄ duo substātia respectu nois adiecti plis nūeri. Et iā queniūt qđ sicut in cōceptiōe ꝑsonaz supposita ptinet ad diuersa: ita in cōceptiōe generū substātiua ptinet ad diuersa. Tertio cōueniūt qđ sicut cōceptio ꝑso narū fit p iunctionē copulatiuā vel p ꝑpositionē cū: sic sicut cōceptio gene rū habet per illā fieri. S; in plibus differūt. pmo: qđ cōceptio ꝑsonaz so lum fit a ꝑteante: s; cōceptio generū fit tā a ꝑteā vt iohānesz katheri na sunt albi: qđ a ꝑtepost vt video petrū z katherinā albos. Scđo: dicit qđ

in cōceptiōe generū requiritur adiectiui pluralis nūeri: s; in cōceptiōe ꝑso narū requiritur verbū piuralis nūeri. Tertio dicit qđ cōceptio ꝑsonaz fit int̄ diuersas ꝑsonas s; cōceptio generū fit inter diuersa gñā. ¶ Arguit. Male dicit alexāder in teriu (Adiectiua tener) Assumptū pbat: qđ cōceptio gene rū hz fieri p vnū adiectiui tm: qđ duo singlaria substātiua eqpollent vni pli. Dōm qđ d; in textu (Adiectiua) in pli nūero p figurā qđ d; aliotheca: qđ

Arguit

hz fieri qñ numerus plis ponit p nūero singulari: qđ nulla cōceptio generū hz fieri p adiectiua s; p adiectiui tm. Et d; in pli adiectiua. ꝑꝑ metru: z nō adiectiui. Vel d; adiectiua in pli nūero: qđ fit p adiectiua noialia. ꝑnoialia et ꝑncipialia. ¶ Querit. Utrū neutrū genus possit cōcipere neutrū. Et vide tur qđ fit p regulā s; floriste qđ dicit per neutrū concipit neutrū. Dōm qđ ca piendo conceptionē generū vt figurā constructiōis continēt aliqd vniū sic neutrū genus nō cōcipit neutrū vt scamnū et sara sunt alba. Ibi nō est

Querit

conceptio generū. S; capiendo conceptionē generū large p copulatiua af sociatiōe respectu adiectiui pluralis nūeri: sic bene neutrū gen<sup>9</sup> concipit neutrū vt vult s; florista. ¶ Queritur. Quid sit cōceptio generū. Dōm qđ est mediata et copulatiua associatio duoz substātinorū diuersoz generū ad diuersa ptinentiū respectu adiectiui pluralis numeri qđ cōformat se cū ge nere concipiente et nō cōcepto vt petrus z katherina sunt piūcti. Dicitur

Querit

pmo diuersozū generū ad significandū qđ inter noia eundē generis nō pot fieri conceptio generū z g neutrū gen<sup>9</sup> ꝑrie loquēdo nō ꝑcipit neutrū. Et dicitur ad diuersa ptinentiū: supple vel tanq̄ diuersa. ꝑpter illā et siles deus z sua essentia sunt boni. i. deus et sua essentia sunt idē: tm vident ꝑz nere ad diuersa. ꝑpter naturā cōiunctiōis qđ notat diuersitātē. Dicitur me

## Glosa notabilis.

- diſte cōiunctiōe copulatiua: ad ſcandū q̄ ptinebunt ad diuerſa: vt dictū ē  
 Dicif reſpectu nois adiectiuū ad differentiā cōceptiōis pſonarū q̄ ſit reſ-  
 pectū verbi pluralis nieri. Et q̄ſuis in cōceptiōe generū ponat̄ vbi hoc tñ  
 nō ē neceſſariū ſz addit̄ ppter p̄ſectionē oratiōis. Sz ſi vbi in cōceptiōe p-  
 ſonaz deponeret̄: tñc nō maneret cōceptio pſonaz. ¶ **Ar.** Nullū p̄plexum  
 pōt h̄re q̄dditatē ſeu diſſimōnē: ſz cōceptio generū ē q̄d p̄plexū: q̄ male diſſi-  
 mit̄. Adio: ptz: qz cōceptio generū ē oīō figuratiua. Dōm q̄ cōplexū bñ pōt  
 diſſimiri p̄ quādā deſcriptiōe ſz nō p̄ diſſimōnē q̄dditatiuā et eſſentiale.
- Arguit** ¶ **Contra.** Cōplexū nō pōt diſſimiri p̄ deſcriptiōe. Probaf̄: qz deſcriptio cō-  
 ſtituit̄ ex ḡne r̄ p̄po ſm̄ petrū h̄ſpanū ſz ex talib⁹ nō ē ita deſcriptio: q̄ r̄c.  
 Dōm q̄ nō eſt deſcriptio p̄prie dicta ſed cōter dicta q̄ ē h̄uſcūq; notifica-  
 tio alicuius rei. ¶ **Ar.** qd ſit vitū in cōceptiōe generū. Dōm q̄ ſubſtantiuū  
 cōceptū diſſonem̄ cū adiectio in ḡne. Ideo nec peccat̄ p̄tra p̄mā regulaz  
 cōgruitat̄ r̄ ſic ē viciōſa. Rō qua pōt fieri ē dignitas ḡnis cōcipiēt̄: ſupra  
 genus cōceptū ppter qd̄ trahit̄ ſm̄ ab officio ſuo p̄po ad officiz alienum  
 Sz rō q̄re oportet fieri ē exp̄ſio ſine ſub h̄uſuloq̄o. ¶ **Ar.** Quare maſculi-  
 nū genus cōcipit̄ femininū et neutrū. Dōm q̄ id: qz maſculinū genus ſcat̄  
 ſub p̄p̄tate actia ſz ſeim ſub p̄p̄tate paſſia: agēs aut̄ ē dign⁹ r̄ p̄ſtātius  
 paſſio: tertio de aia: q̄ maſculinū gen⁹ cōcipit̄ ſeim. Sz maſculinū gen⁹ cō-  
 cipit̄ neutrū: qz maſculinū gen⁹ ſcat̄ determiante: neutrū vero idetermiante  
 r̄ cōſule: ſz determiatū ē dign⁹ cōſuſo: q̄ r̄c. Itē maſculinū gen⁹ hz ſe p̄ mo-  
 dū habit⁹: neutrū vero p̄ modū puatiōis: qz ſcat̄ p̄ modū abnegatiōis vtrū  
 uſq; ſer⁹: nō habit⁹ ē dignior: puatiōe. ¶ **Ar.** fortiffima rō ē volūtas gr̄amaſ-  
 ticor. ¶ **Ar.** Maſculinū gen⁹ nō pōt cōcipere ſeim: q̄ illa rō falſa. Añs ptz  
 qz p̄cipere ē patri: ſed maſculinū iponiſ a p̄p̄tate actiua cui⁹ ē agere: q̄ r̄c.  
 Dōm q̄ cōcipe nō dicit̄ hic paſſionē ſz actionē ſm̄ quā dignius genus tra-  
 hit̄ ad ſuū officiū genus min⁹ dignū. ¶ **Ar.** Quō iſta oīō ē excuſanda thauri  
 mei r̄ alitia mea ſunt occiſa: cū neutrū gen⁹ nō poſſit cōcipere maſculi-  
 nū. Dōm q̄ excuſat̄ p̄ zengma ſic ordinādo cōſtructibilia: alitia mea ſūt  
 occiſa et thauri mei. Sz iſta oratio. ¶ **Ar.** et eſt at̄c tu plañnaſti ea: q̄ſuis de  
 virtute ſmōntis ſit incōgrua iuxta iſtā regulā tñ admittit̄ qñ ſz cōiungū-  
 tur duo ſubſtātia ad inuicē diuerſorū generū maſ. r̄ ſe. tñc relatiuū qd̄ re-  
 fert̄ illa pōt poni in neutro genere: ex q̄ neutrū gen⁹ hz ſe p̄ modū indiffe-  
 rentie ad vtrumq; ſeruz. Et p̄ eandē regulā admittit̄ iſta: vga tua r̄ bacu-  
 lus tu⁹ ipa me cōſolata ſunt. ¶ **Ar.** pōt dici q̄ ibi nō ſit relatio ad vocē: ſz ad  
 rem ſcatā: vel ad aliqd̄ ſubintellectū vt ita impleat̄: vbera ſunt cōſolata
- Querit** ¶ **Querit.** An cōceptio generū poſſit fieri p̄ noia epicheni aut dubij ḡnis.  
 Dōm q̄ ſic: vt paſſer et aquila ſunt albi: et q̄ſuis paſſer ſcet̄ vtrūq; ſerum  
 tñ determiat̄ ſibi vnū articulū. ſ. maſculinū ḡnis et hoc ppter terminationē  
 ex p̄c em̄ terminatiōis noia epichena determiat̄ ſibi determiata genera  
 ſilr̄ in noibus dubij ḡnis vt dies r̄ aq̄ ſunt clari. Et hoc ideo qz reſtringit̄  
 dies ſolū ad maſculinū gen⁹. Ex q̄ ſeq̄tur correlarie q̄ epichenū gen⁹ dubi-  
 um vel cōe inq̄ſtū tale nō cōcipit̄ qz dicit̄ vtrūq; ſerū: ſz p̄ iſtā reſtrictionē  
 ad vnū genus vel vnū ſerū poſſunt cōcipere. ¶ **Arguit.** Cōceptio generū  
 nō pōt fieri p̄ noia epicheni vel dubij generis: q̄ iam dicta ſunt falſa. Añs  
 ptz: qz alexander de illis nihil dicit̄. Dōm q̄ illa noia p̄p̄hendunt̄ ſub maſ-  
 culino et feminino generibus. ¶ **Contra.** Nomia epicheni r̄ dubij generis  
 ſcant̄ vtrūq; ſerum: q̄ nō poſſunt cōcipere ſilr̄ r̄ nomē cōis generū. Dōm q̄  
 licet epichenū genus ſcet̄ vtrūq; ſerum tñ determiante ſibi attribuit̄ vnus  
 ſeruz: vt patet̄ in p̄cedēti notabili et cōia et dubia genera inq̄ſtū reſtrin-  
 guntur ad vnū genus poſſunt concipere. ¶ **Nota.** Notandum q̄ cōceptio generū  
 r̄ multipliciter habet fieri. Primo per nomina relatiua vt adduxit̄ pul-

## De regimine Nominatiui.

lū et aſinā et impoſuerunt veſtimenta ſua ſuper eos. Secundo qñ cōiunguntur ſubſtantia diuerſorū generū res ſexū habentes ſciantia vel credunt habere ſexū qz alterū ē maſculini generis alterū etiā erit maſculini generis Exemplū primum: vt vir z mulier ſunt docti: Exēplū ſecūdo vt pallor et febris menūdi ſunt. Credebat em̄ pallor eſſe de⁹ z febris dea pōt etiā h̄mōi ſubſtātiuſ relatiuſ aut demōſtratiuſ maſculini g. cōiungi: vt ignis z aqua ſunt q̄s diligim⁹ ignis z aqua mihi aduerſa ſunt. Sz cū cōiungitur ſubſtātiuſ diuerſorū generū q̄ nō ſpectāt ad ſexū nec credunt res ſexū h̄ntes ſciantia re tūc eis pōt adūgi adiectiū relatiū vel demōſtratiuſ neutri gnis: vt h̄z ga tua z bacul⁹ tu⁹ ip̄a me p̄ſolata ſunt. Itē ignis grādo nix glacies ſpūs pcellarū q̄ faciūt h̄bū eius. pōt etiā iūgi maſculino generi: vt Triste lupus ſtabilis turpe ſenerqz mules. Qñqz iūgitur feminino gñi vt Turpe iacēs mulier multo madefacta leo. Qñqz iūgitur copulato ex ſubſtātiuſ diuerſorū generū vt in p̄mouēdo etates maturitas: mox grauitas z laxa ſcia idagāda ſunt. Qñqz iūgitur copulato ex ſubſtātiuſ diuerſorū generū vt ver et eſtate tu plaſinaſti ea. ¶ Notandū q̄ qdā dicūt cōceptionē gñey nō eſſe orōnē vitioſam: qz in ea ē debita p̄ueniētia adiecti z ſui ſubſtātiuſ z hoc adiectiū p̄uenit cū ſuo ſubſtātiuſ cū q̄ dz cōuenire: ſz cū ſubſtātiuſ cōcipite: nō aut dictio p̄cepta dz cōuenire cū adiectiuo: qz hoc fieri dicitur im̄poſſibile et ſic ibi nihil eſſet vitij qz ibi ē ois cōueniētia debita et poſſibilis Et addūt q̄ adiectiuū in cōceptiōe generū pōt eſſe epichei gñis ſub vno articulo ſcans vtrūqz ſexū. Sz hec oīa p̄ter veritatē dicta ſunt. Primo qz ibi eſt partialis diſcōueniētia q̄ cauſat vitij ex p̄te generis p̄cepti qd̄ trahtur a ſuo p̄p̄uo officio ad officiū alienū. Secūdo illud adiectiū nō pōt eſſe gñis epichei qz dicit hoc ſine ratiōe dictū aut nō i rōne fundatū ē irrōnabile z fictū. viij. phyſicorū Et hoc ē verū: qz adiectiū trahtit determinatū genus a genere cōcipiente: ſz genus epichei z h̄mōi ē aliquid determinati generis: et go nō pōt eſſe concipiens. Itē dicūt q̄ epichei gen⁹ in q̄tū ſignificat vtrumqz ſexum nō cōcipit ſed bñ in q̄tū determinatur ad vnū ſexum: qz adiectiū cum dictione concipiente ſe conformat et ergo determinatum eſt ad vnum ſexum tantū.

Nota.

.i. cōceptionē generū

.i. cū nomine diſtributiūo

### Hoc etiam ſepe facies cum diſtribuyente

Exemplum in quo hoc nomen vterqz virtute diſtributionis ſupponit p̄ paride maſculini generis: et pro helena feminini generis: quare valet ſicut paris et helena iacent p̄oni.

### Pronus vterqz iacet: de petro dic helenaqz

Hic autor determinat de cōceptiōe generū ipſe dicens q̄ ſepe cōceptio generū implicita ſit noīe diſtributiūo: vt ſi demōſtratis paride et helena dicatur vterqz iacet pronus. ¶ Queritur. qd̄ ſit dictio diſtributiua. Dicendū q̄ eſt dictio ſcans multitudinē facies ſtare terminū p̄ multis diſtributiue. Et ſunt duplicia. Quedā diſtribunt terminū cui adiungitur p̄ omnibus ſuppoſitis vt omnis null⁹. Quedā duob⁹ ſuppoſitis vt vter neuter Et q̄ d̄libet iſtoꝝ pōt fieri cōceptio generū vt d̄libet iſtoꝝ ē alb⁹ demōſtrādo petrū z katherinā. Neuter iſtoꝝ ē bon⁹ demōſtrādo ioh̄h̄nē et barbaram ¶ Arguit. Diuerſi artifices h̄nt diuerſa cōſiderare ſz lo gic⁹ cōſiderat de dictiōibus diſtributiuis vt p̄z in tractatu diſtributiōnū ḡ male de his loquitur hic Alexander. Dm̄ q̄ in logica ſit mentio de eis ſm̄ q̄ faciūt ad ſtatū aut falſitatē p̄poſitis ſed hic ſm̄ q̄ p̄ eas poſſit fieri orō figuratiua

Querit

L iij

## Glosa notabilis

**Queritur.** Quotuplex sit conceptio generum. Dicendum qd duplex: scilicet explicita et implicita. Explicita est qm suppositum recipiens conceptum ambo exprimitur in expresse textu. Et illa est duplex. scilicet directa et indirecta. ut plus patuit. Sed implicita est qm genus recipiens et genus conceptum in vna dictione includitur ut vterqz istorum est albus. **Ar.** In hoc exemplo: vterqz iacet prius: nullus est vitium: sed tertius est falsus: quia prius et vterqz sunt eiusdem generis numeri et casus. Dicendum qd si demonstras duos mares nullam conceptionem facis. Sed si demonstras mare et feminam conceptionem generum facis implicitam. Fit enim conceptio generum per noia particularitatem fecerunt: ut aliquis veltrum le gar: si mares et feminas alloquor: per noia demonstratiua conceptionem generum faciunt: ut hi sunt albi demonstrando mare et feminam. Nomina quistia faciunt etiam conceptionem generum: ut vter horum est mas cum de mare et femina loquimur. Recte de vtra horum est femina demonstratis mare et femina. Quicumqz vult saluus esse opus est ante omnia ut teneat catholicam fidem. Non enim mulieres minus obligate sunt ad fidem quam viri: ergo oratio est conceptionis. Petrus est prius erga patres suos sicut est conceptionis: quia de patre et matre intelligitur. **Queritur.** Utrum conceptio generum habeat fieri inter quoscumqz substantiua diuersorum generum. **Ar.** Dicitur qd quodam dicitur qd non: sed solum illa substantiua que fecerunt res animatas et non illa que fecerunt res inanimatas. Et quoniam eis opponitur per alexandrum dicitur. Per vim sunt leges et plebiscita coacte. Rndet qd hoc exemplum accipit alexander ex Luciano primo libro que dicit (mensuras Juris vis eat huic et plebiscita coacta) non dicit coacte: quare si inueniatur coacte dicuntur illud esse mendosum. Sed ad hoc dicitur est qd quo ad aliqd ex Luciano simpliciter: nisi mutando illud adiectiuum facit conceptionem generum. Et ideo dicitur est qd in substantiuis res inanimatas fecerunt potest fieri conceptio generum: ut in hoc exemplo: panis et vinum sunt cari. Et ratio est quia congruitas non est attendenda ex parte rerum significatarum: sed ex parte modorum significandi. Sed ista diuersitas modorum significandi quas requirit conceptio generum: reperitur in exemplo proxime posito et in similibus et go etc.

sup. gramaticale sup. congrue talis figura

### Distinguit regimen quod iunxerat ante prolepsis

Est exemplum ubi illud totum grammaticale scilicet huius congrue constructum prius cum illo verbo metuunt postea diuiditur in partes grammaticales. scilicet alius et alius que disconueniunt cum ly metuunt in numero.

### Hi metuunt: alius dominos aliusque magistros

Contra huius textus est qd prolepsis distinguit illud regimen sub impropetate quod prius iunxerat sub propetate ut turba hec studet alij grammatice alij logice hi metuunt alius dominum alius magistrum. **Ar.** quod est prolepsis. Dicitur qd est proceptio alius cuius totum grammatice quod postea per partes grammatice figurate diuiditur ut apostoli predicauerunt vni in oriente alij in occidente. In qua diffinitio de ly proceptio potest loco generis. Est enim prolepsis nomen grecum et dicitur a pro quod est parte et prolepsis proceptio que proceptio alicuius cuius grammaticales accepti ante suas partes. Et dicitur (figuratiue) propter partes realiter acceptas vel simpliciter congrue rectas.

**Querit**

**Arguit**

**Querit**

**Ar.** Arguitur. Nullum complexum potest diffiniri sed prolepsis est complexum: sed etc. Maior est prolepsis Topicoz. Minor probatur quia complexum ex pluribus orationibus: ut dicendo: hi metuunt alius dominos alios magistros. Dicendum qd prolepsis proprie intentionaliter accepta est complexa et sic non potest diffiniri sed secunde intentionalis accepta est incompleta et sic diffinitur. **Querit.** Ex qua vacillat inuenies circa hoc pro nomen quod huic figure conuenit quod est sine veritate scribendum. Solutio secundum Johannem Tortellium debet scribi per et sine in ut dicitur: dicitur et non prolepsis. Et hoc patet ex ipsius nominis interpretacione.

## De regimine Nominatiui.

ratione. Dicit enim plepsis a pro q̄b̄ ē pre et lepsis acceptio. Ad conceptio q̄  
in ea totū p̄cipit q̄b̄ postea in ptes diuidit. **Q̄**uid est totum gr̄ma  
ticale. Solo. Est dictio actualit̄ importans multitudinē: vt dictio plural̄  
nūeri nōis nō collectiui: vel singular̄ nūeri nōis collectiui: vt gens: plebs  
populus: turba. **Q̄** Arguit. hic ē plepsis Sonorū alī⁹ vox alius nō vox: tñ  
ibi nō est nomē collectiui: q̄ illa sunt q̄tuor. Solo. Fit p̄ nomē collectiui  
singularis numeri: vel p̄ nomē nō collectiui pl̄is nūeri. **C**ōtra. habz sic  
ri p̄ nomē nō collectiui singularis numeri. Probat in hoc exemplo Quātū  
tatis aliud cōtinuū aliud discretū. Solo. Quis (q̄ntatis) nō ē p̄p̄riū nō  
mē collectiui: tñ cōiter loquēdo et similitudinariē ē nomē collectiui: q̄ si  
cut collectiui colligit in se plura: sic q̄libet genus generalissimū colligit  
in se plures sp̄es. **Q̄** Querit. Quotplex est totū. Solo. Multiplex. s. totū  
vniuersale q̄b̄ est sup̄ius s̄m̄m in sua inferiora: vt animal Totū integrale  
est cōpositū ex p̄tibus q̄ntitatē habentib⁹: vt domus ex lapidibus et lignis  
Totū in tpe est dictio cōprehēdēs omne tēpus: vt sp̄ nūq̄. Totū in loco  
est dictio cōprehēdēs oēm locū aduertibilib⁹: vt vbiq̄ vbiq̄ nūq̄. To  
tū in loco ē dictio cōsumpta sine adiecto accidentalit̄ ip̄m determinate vt  
homo. Totū in q̄ntitate ē vniuersale sumpt̄ s̄m̄m: vt Ois h̄d: nulluz  
nial: S; aliud ē totū gr̄maticale de quo ē hic ad p̄positū. Et hoc diuidit  
duplicit̄: Aliud nō in ptes gr̄maticales simpliciter cōgruas vt figuratiuas  
vt hi metuit: alij d̄nos: alij magistr̄os: seu metuit: alius d̄m: alij m̄ḡm  
Secūdo diuidit in ptes simpliciter incōgruas: vt hi metuit: alij d̄nos alios ma  
gistr̄os. **Q̄** Querit. Quid est vitium plepsis. Solutio. Est illud: q̄ ptes diui  
dentes disconueniunt cum verbo vt adiectiuo in aliquo accidente. Ratio  
qua potest fieri est: q̄ totum et partes idem sunt: ideo permittitur q̄ ptes  
stant cum verbo sicut totum. Ratio quare oportet fieri est breuiologium  
Quidam tamen volunt dicere q̄ nō sit vitiosa q̄ totū in pleps̄ cōuenit cū  
verbo seu adiectiuo expresso. Partes vero cū verbo seu adiectiuo subintel  
lect̄: seu vbiq̄ vitij deprehendi potest. Sed hoc est in cōueniens: quia illa  
diatio estzeugmatica. Et de intentione Alexandri est: q̄ nō d̄nt partes re  
ferri ad cōstructibile intellectum: sed ad verbū plus cōgrue cum toto con  
structum cum quo verbo partes in aliquo accidente disconueniunt: et hoc  
causat vitium. Itē verbum nō debet resumī cū partibus expresse q̄ si resu  
meretur cū partibus in plurali numero: esset orō simpliciter cōgrua. **Q̄** Querit  
Que est prima diuisio prolepsis. Solutio. Primo diuidit in plepsim locu  
tionis et cōstructionis Locutionis est q̄ partes gr̄maticales nō discōue  
niunt cū verbo seu adiectiuo: vt scholares scribunt: illi calamo: et isti stilo.  
Sed prolepsis cōstructionis: est quando partes gr̄maticales discōue  
niunt cum verbo seu adiectiuo in aliquo accidente gr̄maticali: vt hi cur  
rūt: alius romā: alius coloniā. Et discōueniunt aliquando cū adiectiuo in  
genere vt gens est bona: ille mediocriter: iste excellenter Aliq̄ in numero  
vt populus pugnat: hi armati: illi inarmati. Aliq̄ in casu: vt pie gens ista  
ē fidelis: illa infidelis. Aliquādo in genere r̄sin casu simul: vt hominū cur  
rentū iste currit velociter: ille tarde. Aliq̄ in genere in numero: et in casu  
s̄l: vt romani gentis isti sunt robusti: illi debiles. Et sic peccat cōtra regu  
lam adiectiuū et substantiuū. Et it̄ peccat p̄tra regulā sup̄positi et app̄positi  
Aliquādo em̄ partes disconueniūt cū verbo in numero: vt in exēplo tert⁹  
Aliquādo in plona: vt vos studetis: illi gr̄maticā: isti logicā. Aliquādo  
in numero et in plona simul: vt vos studetis: ille donatū iste alexandrum  
**Q̄** Queritur: que est secunda diuisio prolepsis. Solutio. ista: quedā ē plep  
sis explicita: et quedam implicita. Explicita est q̄ totū et partes expresse  
ponuntur: vt in predictis exemplis. Prolepsis implicita fit tribus modis.

Querit

Arguit.

Replica

Querit

Querit

Queritur

Querit

## Glossa notabilis

Primo qñ totū exprit & ptes intelligunt: vt nos currim⁹ vnusquisq; vias suam. Secōdo fit qñ ptes exprimunt et totū subintelligi: vt petrus velociter et iohānes tarde currūt. Tertio fit qñ totū ptes sūt intelligūt vt vana locuti sunt vnusquisq; ad primum suū. **¶** Qñ q̄ ē tertius diuisio plesps. Solutio ista quedā ē pprie dicta quedā impiope dicta. Pprie dicta est qñ partes diuidūt vtz totū grāmaticale: vt hi metuit: alius dñ os alius mgros. Impiope dicta est qñ ptes nō diuidūt vtz totū grāmaticale & illa fit tribus modis. Primo qñ partes diuidūt totū vnuerſale: vt q̄ritatis aliud p̄tinuū aliud discretū. Secōdo fit qñ partes diuidūt totū integrale vt domus aliā tectū aliud fundamentū. Tertio qñ ptes diuidūt totum in q̄ritate vt omnis homo currit vnus ad romā alter ad banariam. Et de quidditati bus illoz dictum est in questione prima posita. **¶** Queritur: quot mod⁹ sit prolepsis cōstructionis. Dicendū q̄ quattuor modis. Primo quando ptes et totum exprimuntur in nominatio: vt in exemplo textus. Secūdo quādo totum et partes exprimuntur in obliquo: vt aquilaz volantium vnus penne albe: alterius penne nigre. Tertio quando totū exprimitur in recto et partes in obliquo: vt aquile volauerunt vnus penna alba: alterius penna nigra. Quarto quando partes exprimuntur in recto & totū in obliquo vt aquilarum volantium hec ab oriente: illa ab occidente. Etiam prolepsis fit ex toto et partibus aduerbijs: vt Petrus vigiles hodie bibat: decies vnū & decies ceruſiam. **¶** Queritur: vtrū hic sit plesps: alter alterius one ra portare. Solo. Sic: scz implicat debz sic exponi vos portare: ille onus vnus: alter onus alteri⁹. Similiter hic: alter alterius lanare pedes. i. vos lanare: ille pedes vnus: alter pedes alterius.

pnus p̄grue .s. aliqd̄ capiēdo .i. zeugma  
posuit .i. resumit

**Aut quod proposuit extra sumendo reducit**

isti festinant .s. p̄pero .i. ludit

**Hij properant et ego. tu ludis et ille sedendo**

**¶** Dicit q̄ zeugma reducit illud qd̄ p̄us cōgrue posuit. s. verbū seu adiecti uum ad casuale extra captum sub discōuenientia in accidentib⁹ grāmati calibus: vt petrus est albus et tu. **¶** Sic zeugma large acceptum resumit verbū vel adiectiuū prius cōgrue positum ad aliqd̄ casuale extra captum. **¶** Queritur quomodo plesps & zeugma cōueniūt. Solutio. Primo cōueniunt: quia p̄mittitur verbum seu adiectiuum vtrobiq; sub cōuenientia. Secōdo quia verbū seu adiectiuū discōuenit cū substantiū vt supposito p̄tate. Et dicit p̄mo: quia in plesps requirit totū grāmaticale nō in zeugma. Secundo qz in plesps nō requirit aliqd̄ mediū. Unde in plesps non debet poni mediū inter totum et partes: qz illa pertinet ad idem: nō autem in zeugmate. **¶** Queritur: quotuplex est mediū in zeugmate. Solutio. triplex. Primum est cōiunctio copularia: vt ego studeo & tu. Secūdo est cōiunctio disiunctiua: vt ego scribo vel tu. Tertium est aduerbium similitudinis: vt ego curro sicut tu. **¶** Queritur: quō scatur q̄ isti duo versus sint & zeugmate cū tamē non exprimuntur. Solutio ex deriuatione nominis: quia zeugmos grece est idem qd̄ reductio latine et hoc sufficienter potest intelli gi in hoc verbo (reducit) in textu posito et ergo alexander nō exprimit hoc nomen zeugma. **¶** Arguitur zeugma nō distinguitur a conceptione ergo male dicitur nāt̄ autor de ea: quia in vtraq; illarū figurarū vnus actus designatur inesse duobus seu vna pp̄ietas. Dicendum q̄ in conceptione vnus act⁹ designat inesse duob⁹ eoz p̄mo: sed in zeugmate s̄m p̄us & postea

## De regimine Nominatiui.

